q̄ ē aduerbiū inloco. Similiter ante ponit̄ p antea. ⁊ oo poorio. Sunt qui pu
tant accidere prepositioni figurā. ⁊ ordinē; figurā quia sunt prepositiones simplices
ut abs. composite ut absq;. ordinē quia sunt prepositiue prepositiones. ut sine. sunt
subiunctiue ut tenus. S; hec nos ⁊ similia inhis numerabimus. que inequalia nominant̄.
nsuperioribus partib; satis multa inequalia reperiunt̄. ut ostensū ē. inter que h annu
merari oportet. uerbi gratia. ut sup̄ innōie lectum ē. nom quidā intria diuidebant. inno
m̄. appellatiuū. onē uocabulū quidā pro uno habebant. sic ⁊ inprepositione quidā casū tantū
habebant. quidā figurā. ⁊ ordinē adiciebant. horū ergo ratio inequalis ē.

Interiectio ē pars orationis interiecta
aliis partib; orationis adexprimendos animi affectus. Affectus dr̄ desiderium
id uoluntas. Effectus factio id ipse actus. Aut metuentis ut ei. aut optantis ut
o. aut dolentis ut heu. aut letantis ut euax. Ei interiectio monosillabū. Inde
arator. Ei m̄. iam uideo subitis lapsura ruinis. Iuuenalis. Ei m̄. qualis erat. quantū mu
tatus abillo hectore. Ei u̇ pro nom dissillabū aduerbiū ut interiectio optantis ē. Vnde
legit̄. O si gallorū uictor remeasset inurbē. Sed hec apud grecos aduerbiis ap
plicant̄. quod ideo latini nfaciunt. quia huiusmodi uoces nstatim subsequit̄ ubū. Greci
nhnt interiectionē ut sepe dictum ē. s; int̄ aduerbia deputant. Latini u̇ nhnt articu
los s; pillis utunt̄ pronominib;. Nos u̇ latini nfacimus aduerbia deinteriectionib;. quia n
statim ea uerbū subsequit̄. Nam aduerbiū dr̄ eo quod sit iuxta uerbū. ut iuste iudicat.
iuste aduerbiū ē. iudicat uerbum. Iste u̇ uoces sine uerbo proferunt̄. ut ue m̄. heu mihi.
Licet aut̄ prointeriectione etiam alias partes orationis singulas pluresue supponere. ut
ut fas. nefas. pro nefas. Singulas. ut fas. nomen ē id licitum. ⁊ transit ininteriectionē. Sic
totū nom pro aduerbio ponitur. Plures id exmultis partib; composite. sic nefas pronefas.
prodolor. Prodolor interiectio dolentis ē. ut sedulius. Prodolor eterni fuerant duo crescere reg...
prodolor. Prodolor interiectio dolentis ē. ut sedulius. Prodolor eterni fuerant duo crescere reg...
expi dolor. Deo gratias similit̄ compositū ē exduab; partib; ⁊ ē interiectio letantis. Quicqd. ...
subita uoce proferē. interiectioni deputat̄. Accentus ininteriectionib; certi ēē npossunt.
ut fere inaliis uocib; quas inaditeas inuenimus. In aliis uocib; id inaliis partib;
siue dictionib; sub barbaris ⁊ peregrinis. ergo incondite dnr. ⁊ incomposite. quia illarū regu
las ut accentus ignoramus. Fere aut̄ dr̄. quia quorundā noticiā habemus. ut
xp̄c. scimus quē accentū habeat; ul alter. Nullus accentus certus ē ininteriectione. ut
fere inaliis uocib;. quia queq; gens suas ht̄ interiectiones. que inalia lingua transferri n
possunt. Vnde racha interiectio ē ebrea. Euangelista inalia lingua exprimere npotuit.

[...]sib autem differt utrum pape accentu in fine posito an in penultimo dicatur pape. Similiter
in ceteris. Inondita res dicitur informata quae nullam formam nullamque conditionem habet. Sciendum omnes
voces pro interiectione deputari quas cuiuscumque passionis animi pulsu per exclamationem proferunt.

Barbarismus est una pars orationis
vitiosa in communi sermone in poemate metaplasmus. Strenuissime peritissimeque Do
natus suam edidit artem. Primum enim componens minorem ad instituendos pueros eam in exordio vo
luminis sui composuit. Secundam vero editionem alteram ceterisque particulis ad superficiem per
tinentibus inchoavit et postea VIII partes. His autem positis ad complendam secundam editionem
barbarismum et reliqua vitia posuit et sicut primitus partes id est vocem, litteram et syllabam ce
terasque quae ad superficiem pertinent posuerat. Ita deinceps disputans barbarismum in
capite ponere studuit qui corrumpit superficiem. In secundo loco soloecismum qui vitium corrumpit
sensum contextumque partium. Tertio posuit scemata troposque qui ornatum tribuunt praecedentibus
partibus. Definitio substantiae est requirenda, quae definitio duobus intellegitur modis sicut
crebro dictum est. Communionem habet barbarismus cum metaplasmo cum dicitur Barbarismus est una
pars orationis vitiosa quia uterque corrumpit unam partem. Proprietatem vero retinet in communi ser
mone quia metaplasmus non fit in ipsa. Non enim omnes prosaici poemata norunt quia communi utuntur sermone.
Similiter enim soloecismus in communi sermone fit. Proprietas autem cum subdit una pars orationis
vitiosa quoniam soloecismus inter plures partes fit. Quaestio igitur non minima oritur ut quod Donatus de
finit barbarismum esse unam partem orationis vitiosam cum tota illa pars non sit corrupta. Sed ut con
Servius definit barbarismus est una pars orationis vitiosa in aliqua parte sui. Ad haec respondendum — *seruius auctor fuit*
est recte dixisse Donatum quia sicut ait apostolus Paulus si unum compatitur membrum omnia simul
compatiuntur. Similiter modo quando aliqua littera syllabaque aut accentus corrumpitur tota illa pars deformis
redditur. Si autem huiusmodi approbatur ut omne vitium factum in ipsa in una parte barbarismus dicatur,
in poemate autem metaplasmus una pars corrupta. Ergo quotquot volumus vitia facere in me
tro fas nobis est ut possimus dicere metaplasmum esse. Nequaquam. Scimus enim metaplasmum duobus fieri
modis causa ornatus aut necessitatis. Si igitur ornatus causa necessitatisve factum fuerit illud vi
tium in poemate sciente metaplasmus erit. Sin autem causa erroris tam in metro quam in ipsa
barbarismus erit. In poemate potest esse taliter ut dictum est. Metaplasmus autem non potest in ipsa
esse. Barbarismus autem dictus a barbaris gentibus quoniam quando Romani totum sibi subiugaverunt orbem
placuit eorum principibus de unaquaque gente primum cuiusque potestate Romam adducere causa
discendi Latinitatem videlicet linguam Romanam diversas ob causas sive ut convivissent
cum eorum loquentes principibus illi subiugati et principes Romanorum econtra cum ipsis subiugatis seu etiam S